

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



vix septem diebus permissus ē thoma ei⁹ honorem surripiente quē cum quatuor gubernasset annis germanus eius baptista ad. xvj. circiter horas regno expulit. Nā thomas resumptis viribus festum fratrem palatio deturbavit. tres annos postea. et nonnullis mensibus urbem regens. donec auctore iohāne antonio fisco itez civitas libertatē asseruit. Delectis deinde. viij. capitaneis priori ex more rempublicā administratos qui thomā frigosum in carcerē dixerūt. cū iam ter prius sue ducē gessisset. Horum princeps fuere iohānes anthonius quē prenominauim⁹ miles equestris ordinis. et raphael adoninus iuris interpres. et hec quoque paucorum mensium libertas fuit cū raphaeli. nō tam capitanei quā ducis nomē placeret. Is em̄ gentilibus ac spinularū primoribus in suā sententiā tractis. collegas suos ingrato abdicavit. ducalesque fasces assumpsit. quibus paulo supra duos annos evsus a barnaba gentili et patruale suo a republica deiectus. Barnaba vero nondum mense toto principatu potitū. Janus frigosus iohāne anthonia fisco et aurianis fauentibus regno pepulit. Qui paulo post anthonio per suscepto beneficio necem pavit interposito iohāne philippo ei⁹ gentili quē eū percuteret qui et castella defuncti condonavit. Jano vero cum rexisset annis paulo amplius duobus in magistratu fatis functo frater eius ludovicus successit. qui a petro patruale suo e dignitatis culmine deiectus est. Is ē petrus frigosus qui modo regnat multa vi animi et corporis. Sed et optimatibus civitatis et omni ferme nobilitati odio habit⁹. qui et gentilem et patruelē suū nicolaū frigosum. honestis moribus preeditū. et philosophie studij insignē ob suspitionem affectati dominij vocatū a se et pallaciū patris percussoribus interemit. Hunc cū regnasset annis quatuor. tam sue quam aliarum nobilium familiarū princeps. urbe deiecerūt ludovico patruale suo quē ipse antea deposuerat in ei⁹ locū successit. qui cū se paz gratum magnatibus eē intellexisset. eūdem petrum quē regno deturbauerat in auxiliū accersivit. ille tertia post exiliū die reversus. et patruelē ducatu amonuit. et omnes aduersarios urbe pepulit. Quorum principes ad florentes alphonso aragonū et sicilie regis opes cōuersi magnā et formidabilem classem ab eo impetraverūt. cum quā iam ferme duobus annis terra marique genavam opprēsserūt. ventum ē sepe ad menia civitatis et aliquā intra ipsa suburbana pugnātū. hoc autē anno cū signo dato. et in ipso portu pro membris urbis undique pugnaret. Ingressi sunt aroganenses ducesque milites. ad magnā urbis partem vagaverūt passim cedibus. passim rapinis civitatē fedantes. Sed affuit presto cum delecta iuuetute petrus qui fugientes suos sistere cōpulit. et in aroganenses dilapsus. ingēte edita strage urbem iam pene raptā recupavit. actum tū de eo fuerat si portā quā ceperant hostes ita cōmunissent. ne recludi supne potuissent. et aditū sequentibus navalibus socijs patentē retinuisent. Nūc ambe partes quasi ex integro ad bellū se parant. Quis fama est. petrum animo fractum. galloz opes implorare eorum regi patrie sue principatū quē retinere nō pot pecunia venditur. Apud insubres urbemque toto famosaz orbe mediolanū philippus maria dux gentis qui genuā ditioni sue quādam subegerat. amedei subaudie ducis filia mrimonio sibi iunxerat alphonsum potentissimū regē cū duobus fratribus. altero rege navarie. altero militie comestelano magistro. multisque regulis navalii prelio captū victum a ianuensibus et sibi a iacobo spinola ianensium tunc prefecto oblatum et ad se usque deductū. insolita usus liberalitate. magnificentissime donatū libertati dimiserat. Sigismundū cesarē romā petentē. cū mediolani ageret visitare pretererat bononiā forliviū ymolā e manibus tyrānorum armis ereptā sacro sancte ro. eccie restituerat atrocem suitensium gentem bello domuerat. De florentinis ac venetis per suos duces sepius triumphauerat totamque quōdam ytaliā tremefecerat iam recedente fortuna perdita genua nicolao picinio in quo maxime fidebat defuncto exercitu suo ad casale maius iuxta flumē padum duce micheleto cōtinola ab hostibus prelio fuso. et castris exuto. magno numero equitum peditūque capta. eo deduct⁹ erat. ut nō modo venetis. sed oibus per circuitū pplis ac principibus cōtemptui esset. Et veneti quidē abduca flumine tramisso. in agro mediolanensi castrametati. tū ei terrores incussere. ut de relinquendo imperio cogitauerit. quasi ultra et citra mōtes auxilia regū. Sed quē fortunatū atque hostibus insultatē omnes honore ac favore dignū existimauere. Idem in calamitate cōstitutus ab omnibus tanquam odio dignus relictus ē. vnus tū oim alphonso accepti beneficii memor ad opem ferendā sese accinxit Sed dum serius iter agit interim philippus primū aduersam valitudinē oculis captus incidit. Deinde ex ipsa arce hostium armorū fragore audito vehemēter cōmotus vite tedio simul et languore mortē obiit. ipso alphonso herede instituto. fuit autē philippus ingenti corpe. et in iuuetute inacer. in senio pinguis sim⁹ deformi facie ac terribili. instabilibus ac pregradibus oculis. ingenio paci et callido. in largiēdo profusus. in pcedendo facilis. in aduendo difficilis. ac vbi in colloquiū venisset mitis ac placidus. cultus corporis ac mudi ciarū ois que lenocinij negligens. venadi cupidus equorum studiosus. ceterū quietis impatiēs. atque imperitandi avidus. in pace bellum. in bello pacem quasiuit. simulandi atque dissimulandi egregius artifex in milites que in ciues indulgentior raro in publicū prodijt. delatoribus facile credidit in suspitiones adeo pronus ut sepe fidissimos a se amicos leuissimis de causis alienauerit. pullis indutos vestibus egre de se venire permisit. Sermone de morte audiuit inuitus tonitrua ac fulmina mirū modū expauit. tabifica lue percussos ex urbibus migrare in agros iussit eorumque domos incendio tolli. quā cura innumerabile illū mediolani populū multis annis intactū quodammodo ab ea peste suauit. Hinc cū vita decessisset. funus nec tanto principe dignū nec suis maioribus ductum ē. nec sepulcri decus additū. Populus cognita ducis morte in libertatē sese proclamauit. xij. viris electis. qui rempublicā administrarent. Castrum porte iouis instar excellentissime regie caput ac dirutum est. et testamētum philippi dilaniatū ad dominū mediolanense multi aspirauere. Sed quod coloratis vteretur titulis quatuor tū fuere. fridericus impator deuolutū ad se principatū philippo. sine liberis legitimis vita subtracto cōtendebat. Alphonso testamēto hereditatem petebat. Carolus dux aurelianensis ex sanguine vicecomitū natus ab intestato id sibi deberi aiebat. franciscus pforcias vicecomes coniugem suā quā philippi filia fuerat hereditatē patris suscipiendā affirmabat. Audite sunt legationes oim in senatu mediolensi. quorum aliqui sermone directo dominū petiere. aliqui per simulationē oblatis venetos auxiliij